

- 2
- næ ac Regularis perfectionis Heroi, quam primum indulgere atque imper-
tiri digneris.
- 3 Tria autem sunt (licet duo sufficiant). Miracula illa , que inter complura
Venerabili viro impetrante a Deo olim patrata, judicio potestatique Tuæ com-
mittimus, PATER BEATISSIME, quæque sive probationum quæis innituntur pon-
dus, sive morborum, in quorum instantaneis prorsus ac repentinis sanationibus
versantur, magnitudinem gravitatemq; spæcæs ; divinæ dexteræ Virutem
adeo clare evidenterque præferunt, ut nihil in toto hoc prodigiorum
sanationum genere probatius , nihil splendidius atque præstantius , haberi ac
desiderari posse videatur.
- 4 Hec autem ne dicta quis putet a nobis oratione magis , quam vere , haastam
a dictis Testium prædictorum trium Miraculorum expositionem , illico ag-
gredimur , Amplissimos Patres suffragium suum in Sacrorum Rituum Co-
mititis semel , iterum , ac tertio de istud laturos etiam atque etiam ro-
gantes , ut ad ea quæ de unoquoque Miraculo singillatim dicturi sumus ,
diligenter attendant . Sit ergo

MIRACULUM PRIMUM

*Subitæ ac perfectæ Sanationis Chirurgi ANTONII
DE GUILLA a Gangræna sinistri pedis
& cruris.*

Miraculi Expositio .

- 5 Antonius de Guilla Chirurgia Professor annos natus quartuor & quinquagin-
ta , diris pessimisque cibis corpus alere jam solitus , illudque etiam
jejuniis sape attenuare : (ab anno enim & ultra pane tantum & aqua feso
plerumque sustentabat) ; diris primum phantasmatibus vexari , mox lentis
febris adduci cœpit anno reparata salutis 1624. initio majoris hebdoma-
dæ , Summar. §. 1. pag. 1. §. 76. pag. 10. §. 106. pag. 14. Quum eo morbo
implicitus per aliquot dies lecto decubuisse , feriaque sexta in Parasceve
jam se melius haberet , mane subsequentis diei , quæ fuit dies Sabbati San-
cti , hora decima circiter ante meridiem , e lecto surgens , seque induere
incipiens , dolore intensissimo , minimeque terendo se affici sensit in majo-
re digito sinistri pedis , dict. Summ. §. 64. pag. 9. §. 82. pag. 11. Hic autem
dolor totum celerrime occupans pedem , mox paullatim ita ad crus ascen-
dit , ut cunctas tum pedis tum cruris partes , quas occupaverat , caloris ,
fensus , elatarii , roboris penitus expertes reddiderit ; coloremque subli-
vidum , sive potius nigrum præferentes , Summar. §. 9. pag. 2. §. 20.
pag. 3. §. 36. pag. 5. §. 46. pag. 7. §§. 65. 66. & 67. pag. 9. §§. 83. 84. & 85.
pag. 11. §. 97. pag. 12.
- 6 Non potuit r̄ger rei Chirurgica peritissimus non intelligere prædictas sinistri
sui pedis crurisque partes in eo statu positas & constitutas esse , quam
latini mortificationem , Graci γέγγωσιν appellant . hunc vero morbum le-
thalem omnino esse , imo quam citissime mortem producere , præfertim
ubi Gangræna a causa interna procedit Summar. §. 4. pag. 2. §. 27. & 28.
pag. 4. §. 43. pag. 6. §§. 47. & 48. pag. 7. §. 68. pag. 9. §. 77. 78. & 79.
pag. 10. §§. 85. & 87. pag. 11. §. 99. pag. 13. in principi. Itaque instare sibi
jam